

dum, itemque laudandi modum. Quidam prius, laudamus etiam homines adhuc viventes; 1. Propter Virtutes & piam vitam, quia Virtutem Gloria sequitur, & eandem alit atque excitat. Exemplo Christi laudantis Nathanaelem. *Joh.* 1. Centurionem Capernaiticum. *Matt.* 8. Peccatricem *Luc.* 7. 2. Propter facta gloriosa, quibus laudem consecuti. 3. Propter aliquod bonum, quod apud quempiam reperitur vel in Naturâ, vel Fortunâ. Quidam alterum: Bona Naturæ & Fortune Virtutibus postponenda, & haec omnes pietati, *Psal.* 101. Quidam postremum, modus non excedendus ultra id, quod decet. In Laudando presentium attendenda, 1. Persona, quae laudatur. 2. Intentionis laudantis. 3. Modus laudandi 4. Causa laudis, exemplo Christi *Joh.* 1, 47. Angeli *Luc.* 1. Et Elisabethæ v. 6. Pietas & honestas omnia temperet.

IN LOCO DE EVANGELIO. THEOREMATA.

I. *E*vangelium dicitur quasi læta annuntiatio *Rom.* 10. v. 15. *Psal.* 68, v. 12. 2. Quidam distingunt inter εὐαγγέλιαν, quam vocant promissionem de Christo exhibendo, & εὐαγγέλιον, quod vocant nuncium de Christo exhibito. Sed discriminis istud non est perpetuum in factis, ac non de ipsa re, quæ utrobiq; eadem est, sed de modo patefactionis accipiendum est.

3. Homonymia est, quod accipiatur in sensu generaliori, non solum in scriptis Ethnicorum, sed & in sacris, (1.) Pro rei lætæ denuntiacione, *Luc.* 2, 10. c. 4, 18. Aristophanes in Pluto, Plutarchus in Mario. (1.) pro præmio, quo ornatur rei lætioris nuncius. 2. *Sam.* 18, 22. Homerus in Odyssea 9. v. 512. (3.) Pro precibus, quæ pro re lætâ decernuntur, *Rom.* 15, 16. Xenophon lib. 7. In sensu specialiori pro publico exhibiti Messiae præconio, seu solenni in N. T. promulgatione, *Marc.* 1, 1. *Rom.* 1. v. 1. pro totâ Scriptura, quæ non solum doctrinam gratiæ, sed etiam Legis complectitur, *Marc.* 1. v. 15. *Matt.* 28. v. 19. pro gratuita peccatorum remissione, *Matt.* 11, 5. Actor. 8, 12. pro historia Evangelistarum, pro pericope Dominicali, & Antepenultima hujus est loci.

4. Synonymia, est, quod dicatur (1.) quæ genus remotum, Verbum,